



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

Occupationes

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

que utilitalis meditati adferet, si apud se manere, atque præsentiam DEI assidue cogitare, etiam in medijs externis occupationibus consuescat, & hunc in finem orationibus iaculatorijs, sæpenumero utatur. Etenim hoc agendo, tempore orationis adueniente, vix alia egebit dispositione; cum è contrario is qui in multa distractus est, hora orationis impendente, maximo labore cogitationum innumerabilem turbam, qua mens eius opprimitur, vix possit excludere.

OCCUPATIONVM MULTITUDO.

**E**ARVM rerum quæ orationem ac meditationem non mediocriter præpediunt, una est, occupationum, siue negotiorum qualiacunque illa sint, nimietas: in quibus dum homo distenditur, tempus irrevocabile præterit, distractio animum ingreditur,

F 4 & mens



& mens ad spiritualia prorsus arida redditur.

Quia in re tartareus hostis non minus sæpè quàm perniciosè quam plurimos Dei seruos præposterè relasos decipit, quos in extrinsecis huiusmodi negotijs plus æquò facit occupari, atque interim sui ipsorum obliuisci, vel vt minimum salutem propriã, & spiritus profectum illis postponere, sub specie siue prætextu diuini honoris, salutis animarum, charitatis & obedientiæ: nec aduertunt miseri, se vehementer errare, atque charitatis & naturæ ordinem, quo nosmetipsos magis quam alios diligere tenemur, inuertere. Ac proinde unicuique prouidendum erit, vt à diabolica hac circumuentione sibi quàm maximè caueat, neque nimis se negotijs oneret, vt temporis aliquid orationi ac meditationi dare queat.

### PAX INTERIOR.

**Q**UEM AD MODVM refrenatio  
& mortificatio sensuum exter-  
norum